



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

87 Bona quaesita ab Apostata, camerae Apostolicae debentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

pend. & l. cum qui. §. iniuriarū. ff. si quis cautio. Nec substituitur, & locum tenēs, melioris conditionis, quam principalis, esse debet. l. Nemo est, ff. de duob. reis.

DECISIO LXXXIV.

Ex conf. 77. alias 1. de presump.

84 **D**ispensatus ad omnes ordines piē, & probabiliter credi debet, cui superior ante mortem ex Papę cōmissione licentiam assumendi aliquem ordinem dedisse cognoscitur; Nec verisimile est, prælatum in speciali ad eum solum ordinem habilitasse, quem ipso vitēte, & volente suscepit; cum non sit boni, & prudentis prælati id facere cum periculo quod ipso mortuo oporteret iterum ad Papam refugere, & communis Commissariorum stylus ad habilitandum quem ad omnes ordines habet, vt vnico actu id faciant; maxime cum non sit prælatus, capit. vnic. de Scrutinio fac. & quę communiter accidunt, & non insolita, credenda & sequenda sunt. l. siue possidetis, C. de probat. cap. quia non est verisimile. de presumpt. & cap. super literis. de rescript.

DECISIO LXXXV.

Ex conf. 78. alias 15. de rescr.

85 **Q**uamuis peccator mendax, dolosus & malitiosus impetratis carere mereatur, tacens tamē per inaduententiam, vel ignorantiam aliquid, quo expresso Princeps æquē facile, aut non difficilius gratiam concessisset, nihil exinde damni sentire debet; cap. Dudum de præben. in 6. vnde impetratio beneficij, quod verē est simplex, dicendo, quod est curatum, aut impetratio transitus ad aliā religionem, dicendo se esse Fratrem ordinis Minorum de obseruantia, cum tamen sit Frater ordinis Minorum Cōuentualium valida censenda est ex Rota dec. 73. de rescript. in antiq. Fel. in d. c. super literis.

DECISIO LXXXVI.

Ex conf. 79. alias 3. de penit. & remis.

86 **C**um lex naturalis, & Diuina permittant, & aliquando præcipiant, quærere mendicando egentibus ægrotis, & sanis, qui aliter quam mendicantē viuere non possunt, cap. quiescant. dist. 42. & cap. 1. §. 1. de relig. dom. in 6. licite Fratres sancti Antonij, nō solum ex declaratione Pij IV. in Bulla incip. Ex debito edita. 1565. cōst. 136. sed etiā iure naturali, & Diuino elemosinas pro ægrotis, & infirmis, non habentibus, vnde viuant, ad se confugientibus, & pro seipsis, non obstante Concilij Tridentini decreta, sess. 21. cap. 9. de refor. de quæstoribus elemosinarum abolendis, mendicare, possunt, quod solum de quæstoribus, qui elemosinam prædicando, indulgentias, vel eis concessas publicando, quærunt, qui manus adiutrices potuerint pijs locis, quorum sunt quæsttores, & pro quibus petunt, intelligitur.

DECISIO LXXXVII.

Ex conf. 80. alias 17. de statu monach.

87 **R**egularis Apostata de vno ordine ad alium transfēs, & ab illo iterum ad statum secularem rediens, & multa bona acquires, neutri præstationum ordinum prædicta bona, sed soli Camerę Apostolicę acquirit, ita Bulla Gregor. XIII. quę incip. Officij nostri 1573. constituit. 44. in ordine.

DECISIO LXXXVIII.

Ex conf. 81. & 82. alias 6. 7. de statu monach.

88 **O**blata Monasterij Turris nouę speculorum vrbis, quam s conuentualiter intra vnam domum viuāt, & vnum Oratorium, vnum refectorium, vnum vestiendi modum, & vnam prælaturam habeant, & se suęque Monasterio ordinis sancti Benedicti perpetuo donent, & offerant, quia tamen professionem Monachalem trium votorum expressam, vel tacitam, sub aliqua regula a sede Apostolica in manibus superioris ad id potestatem habentis,

non emittunt, sine quibus nulla est, nec esse potest verā Monialis & sanctimonialis. c. ad Apostolicam, & c. cū ad monasterium. de stat. monac. sed neq; inter eas vlla pro: fus est mentio de professione, aut de nouitiu, sed solum de obligatione quadam facta, vel faciendā secundū modum quandam consuetum viuendi ab omni professione Regularium omnium approbatarum aliena, vt constat; vere Monachæ, & religiose non sunt, nec sub constituto: nibus Monialium summorum Pontificum, cap. periculo. sum. de stat. reg. in 6. Pius V. & Greg. XIII. in suis Bull. de clausura regul. & electione Abbatissæ, aut Concilij Trid. sess. 25. c. 14. de reg. de clausura, aut eligendis Abbatissis, vel Priorissis triennialibus, comprehenduntur. Et proinde neque ad clausuram perpetuam, neque ad Abbatissam triennialē eligendam vi, & virtute prædictarum constitutionum obligantur, eo quod constitutiones, & dispositiones odiosæ, & exorbitantes a iure communi de sanctimonialibus, & religiosis feminis loquentes, de vere, & proprie Religiosis, & Regulari a sede Apostolica approbaram professis intelligendæ sunt; Nec vlla ratione, aut æquitate ad alias quantomuis Religiosas, & Collegialiter viuentes, quę tria vota subitan. ista non profitentur, etiam si modum quandam viuendi a sede Apostolica approbatū seruent, extendendæ sunt, ex Pan. in rub. de Reg.

DECISIO LXXXIX.

Ex conf. 83. alias 18. de statu monach.

89 **R**egulares, qui post Concilium Tridentinum sess. 25. c. 8. de reg. ob. Prælatorum negligentiam Capitulum Generale triennale non conuocauerint, a Metropolitano Prouincia, vbi Monasteria eorum sunt, ad id compellendi sunt; sin vel o illo instant. necdum se in Congregationem redegerint, nec Capitula triennialia fecerint, Episcopis Ordinarijs loci, tanquam a sede Apostolica in id delegatis subijciuntur.

DECISIO XC.

Ex conf. 84. alias 3. de conuers. coning.

90 **P**rofectio a te facta a nō nouitiatus facta non valet ex Concil. Trid. sess. 25. c. 15. de reg. qui annus continuatus esse debet, cap. 1. de reg. in 6. ita vt si illo anno aliqua de causa habitu relicto, iterum ad Monasterium redeat, professio in fine illius anni fieri non potest; sed computandus est annus incipiendo illum a repetitione secundæ habitus, & professio aliter facta, nulla & inuálida est.

DECISIO XCI.

91 **P**rofectio ob metam reuerentiam parentum facta non valet, sic gl. in c. præsens 2. q. 3. & Nau. in Man. cap. 2. nu. 51. & omnis metus, etiam minor iusto, in foro conscientie excusat, quantum iustus, si metus ille causa sit facti sine qua non, & sine quo actus non fuisset, ita Nau. in Man. c. 17. nu. 5. & 30.

DECISIO XCII.

Ex conf. 85. alias 76.

92 **H**abitu proprię religionis sine licentia Papę relinquens, excommunicationem ipso iure incurrit cap. 2. Ne clerici, vel monachi, in 6. Nec sufficit alterius religionis habitum deserere, sed specialem suę religionis habitum, & patenter deserere tenetur, nisi in illa aliqua causa cum excuset.

DECISIO XCIII.

Ex conf. 6. in Nouis deest in antiq.

93 **R**eligionem ingressurus maxime considerare debet, an ad eam habilis, & idoneus sit, inter alias autem habilitates numerantur in primis sanitas, eruditio, & habilitas ad continentium. Quomus enim primas ad libidinem proprię suadeat matrimonium, atq; men. & ingressum suadere potest, vt per fugam tentationum ab ea liberetur, sed & aliquando fororis etiam necessitas talis esse poterit, quę fractis ingressum impediāt, nisi aliunde prouideri possit.

DE-